



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Tomus Secundus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## Tomus Secundus.

ILLUSTRI AC GENEROSO HEROI  
D. JOANNI JACOBO FUGGERO, KIRCHBERGÆ,  
WEISSENHORNI, &c. DOMINO, LITERARUM PRÆ-  
SIDI, AC STUDIOSORUM  
omnium Mæcenati,

JOAN. PIERIUS VALERIANUS  
S. P. D.

**C**um ea munera, quibus humanum genus Deus liberalissime honestatum voluit, mecum ipse considero, JO. JACOBE FUGGERE Heros ornatissime, in eam opinionem adducor, ut existimem nullum majus reperiri posse, quam literarum flagrans studium, vel discendi cognoscendive cupiditatem potius, ex quibus & rerum bonarum voluntatem excitari, & verarum intelligentiam nasci perspicimus: nihil, in rerum naturam existere, quod ita tum mores erudiat, tum viam quasi munit ad summum splendorem consecrandum, quam pater eius humanitatem inquam atque doctrinam. Idem plane te sentire video, qui cum omnem semper excellentem in societate humana virtutem memombilem extirisse cognoveris, tum ingenii, doctrina, sapientia honores precipuam habuisse erga mortale genus famam ac commendationem non ignoras. Hanc ut veram & expressam, minimeq; adumbratam tibi compares, nihil pretermittendum putavisti, quod ad verum ingenti cultum, animumque doctrinam informandum pertineret. Lustrandam itaque primo una cum sentibus Galliam eruditissimis hominibus, & liberalibus studiis affluentem, mox Italiam omnium bonarum disciplinarum altricem censuisti: ac inde eam sapientie morumq; laudem paulo post ad tuos reverentissimos vestra Germania ostendisti, ut jam omnes cognoscerent te non solum eximiam ad recta vite instituta progressionem fecisse, sed eos etiam aditus quasi adaperuisse, quibus latos uberesque fructus ad genus humanum redundaturos & sperrent, & jam etiam cernerent: eamque spem & expectationem de prestanti consilio tuo, successus plane confirmavit & auxit. Videmus enim admirabilem illam tuam virtutem non modo elegantissimarum artium institutione, scientia ac judicio commendari, sed etiam animi magnitudine, clientelis, munificentia, liberalitateque mirum in modum illustrari: ut commoda, que ex tanta tua fortuna & amplitudine omnino maxima sperabamus, longe majora nos jam consecutos fateamur. Quamobrem ut multa pretermittam, egregia quadam ac plane invicta animi celsitudine te præditum declarasti, cum maximas opes profunderes, ut bibliothecam magna librorum Latinorum, Grecorum, Hebraicorum, aliarumq; linguarum multitudine ex Italia, exterisque provinciis comporata construeres & exornares, ut quam multorum hominum studia laudatissimo exemplo ad dignitatem, ac rectiorum disciplinarum cultum excitares. Tua enim semper laus erit, tibi que acceptum referre debent studiosi, quod multis commodis fruantur, & quod animum optimarum artium scientia disciplinarumq; studiis excolere possint. Porum his in omnes collatis beneficiis, que maxima sunt, ac quietendum tibi minime judicasti, quin potius majora moliri, ac alteram illam plane regiam benignitatem adhibendam dum afflictos recreas, jacentibus dexteram istam tuam pietate præstantem porrigis, de bonorum commodis & ornamentis cogitas, dum omnes denique liberalitate immortalibusque beneficiis tibi devincis. Siquidem existimasti te pro tua fortuna posse, pro acerrimo singularique judicio debere, ut curares tenuiores, felicioribus tamen auspiciis natos adolescentes, tuis sumptibus in Germania, Italia, & Gallia benigne tantisper fovendos & sustentandos, dum eos in omni bonarum artium genere progressus fecissent, ut docendi alios munus jam suscipere ac obire possint. Quo quidem instituto nullum illustrius, nullum ad commemorationem nominis tui cum omni posteritate adequandam aptius esse judicamus: hac enim ratione declaras te maximo semper honore dignum, teq; persudiose ea sequi, ex quibus vera, non adumbrata laus nascitur, &

nomen



nomen tuum tot etiam & tam praeclaris testimonis virtutisq; monumentis ad omnem memoriam com-  
 mendatum celebrabitur. Nam quaecumq; accuratius nunc scripta & expelita Germanorum opera sunt,  
 ea forte omnia ad te missa, & tuae felicitati credita leguntur: etsi non auctororum commendatione, vel tua  
 saltem nomine sunt in manibus. Tibi debetur (de altis eruditissimorum virorum lucubrationibus, quae sa-  
 tis multa sunt, nihil dico) quod Demosthenem, Aeschynem, Socratem, Pausaniam, ad nostrorum hominum  
 cognitionem translatos habemus, dum eruditione praestantem virum Hieronymum Vuolsium in clientela  
 lam suscipis, ac praemia ornas. Haec cum sermone omnium ad nos perferuntur, cum in editis libris vide-  
 mus & legimus, felices eos iudicamus, quibus Dei beneficio datum, vel usu familiaritatis, vel officio ali-  
 quibus tibi conjungi, qui à tantis ornamentis commendationem ducit. Quapropter ego primus fortissi-  
 morum, qui ne de facie quidem te norim, accurate operam dedi, ut aliqua in re animum tibi atque ob-  
 servantiam probarem meam. Nam Hieroglyphicorum meorum commentariorum alterum Tomum ad te  
 mittendum censeo, ut unicum studiosorum ornatores, cunctarumq; artium bonarum praesidem: adde-  
 rit non solum humanitate ac benignitate tua, plurimis quidem & amplissimis officiis perspecta studi-  
 sis omnibus, verum etiam, ut iam dixi, opinione qua apud me est, de egregia tua erga literas praemi-  
 vendas voluntate. Cui quae aptius & convenientius huiusmodi scripta mitti possunt, quam tu quae  
 ita illa semper amavit & excoluit, ut in his ipsis vel tractandis, vel iudicandis longe omnibus praesit, et  
 maxime insignis habeatur? Accessit huic & similitudo quadam, quam te habere video cum ornatisse-  
 rentinorum principe Cosmo, qui cum familia Medicea ortus sit, hoc est sapientia stirpe, avita quidem be-  
 nignitate solus hoc tempore in Italia inventus, literarum, venustatis elegantia, atq; adeo virtutum om-  
 nium vindex. Quamobrem cum singulos fere Commentarios amicis variis inscripseris, primum  
 Tomum in universum huic optimo Principi tuendum conservandumque praemisi: pari ratione sitis  
 ceteri agi cum hoc altero Tomo iam existimavi, si eum in tuam clientelam de me absente, aditissimam  
 certe, tanquam praesente susceperis. Quod te facturum pro singulari tua humanitate minime dubi-  
 to, cum iam Fuggerana domus in ipsa Germania non solum singulos ac universos debitis officiis comple-  
 ctatur, sed virtutis ipsius quasi seminarium existat. Praeterea si requirendus erat literarum patronus,  
 qui hoc tempore citius comparandus, apud quem tanquam portum, ipsa contra barbariam operum Spa-  
 trocinium inveniant? Equidem quod ad me attinet, quotiescumq; ad ingeniosos, studia & industria, iud-  
 inquam & Cosmi Medicei consideranda animum consero, non possum non conscieri, me maximo cam-  
 lari gaudio, cum propter multa quae & sapienter facitis, & optime ratione temporum habita statuitis:  
 tum quod in tanta bonorum Principum orbitate, tantaq; beneficorum & liberalium hominum inspi-  
 qua hodie passim in orbe Christiano (quod pudet dicere) laboramus, pro humanitate, sapientia, liberali-  
 tate prolixa, aliis libentissime ex largimini, quae magnis laboribus, ac singulari industria consecuti estis,  
 quodque omnes intelligunt vos in beatis & omni copiarum genere florentibus civitatibus principem lo-  
 cum tenere, in summa tamen vestra fortuna, virtutis laudem magis emitescere, quam fortuna gratiam.  
 Quae iam tuae  $\epsilon\chi\theta\eta$  adferimus, explicationem continent eorum, quae sacerdotes Aegyptii  $\epsilon\epsilon\gamma\gamma\lambda\lambda\omega$  Quae  
 circa corporis humani fabricam commenti sunt, auspiciati à capite longe nobilissima parte: ne qua  
 existimet hos Aegyptios ipsos ita brutorum cultui deditos ut non etiam hominem qua meretur veneratione  
 susceptum reliquis omnibus praetulerint: ac  $\mu\alpha\chi\epsilon\gamma\kappa\omicron\sigma\upsilon\omicron\upsilon$  agnoverint. Nam si multa traditi viri  
 admirati, quae illi in eo animantium genere quod nos rationis experti ducimus, observassent: longe exple-  
 ra sunt, quae sola ex homine sacrarum apud eos literarum materiam ad sua illa hieroglyphica supple-  
 tarint, quippe cuius membra singula in huiusmodi mysteria receperunt. Haec meae lucubrationes  
 separatim eo nomine tibi debere intelligebam, quo studiosi & boni omnes communiter ingenii sui memo-  
 ramenta tibi debere profitentur. Et certe si iusti rerum asmatores esse volumus literati, optimique stu-  
 dii dediti, nulla alia ratione maiorem suorum laborum commendationem sperare possunt, quam si in  
 iustis principum nomine illas apparere fecerint, in cuius auctoritate & iudicio praecipua proborum doctrinarum  
 quae pars acquiescit, & qui animi magnitudinem diligentia, integritate & consilio sustinet, atq;  
 tum literarum gloria, tum etiam sapientia laude fruatur.

Val.

JOAN.